Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8324
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



de stomacho et digestione

no est imputandum / sed quod sit vo
luntate

De cibis

Nichil enim dicitur / ciborum temperancia
salutem corporum habundancia contrarium
parit / hic nota quod nichil sit
iocundum est / sicut cibus bene
digestus Item nota ar. quod ex
duobus contrariis sequitur idem effectus
Item nota quod magis horrendus
est excessive ciborum / quam famis
Item nota quod nichil sit egritu
dinem fugat sicut moderata
refectio / Item nota quod habundancia
ciborum morbum facit / et mo
lestias ingerit et egritudines
generat Item nota quod famis in
paucis diebus infert hominem
ex hac vita

De cibis

Ne tales dicitur / delicie ciborum si
superhabundaverint ledunt / hic
nota quod non debemus comedere
cibos qui difficulter digerantur
vel qui parantur cum magno la
bore et arte cocorum Item nota
quod olera poma et et legumina
faciliter apparantur / et arte cocorum
non indiget / et cibus eorum
sine cura sustentat humanum
genus moderate sumptus / quia
nec avide devoratur / quod irri
tamenta gule non habet / et leviori
digestione decoquitur Item nota
quod nemo uno vel duobus
cibi vilibus usque ad instoma
chacionem ventris honoratur Item

nota quod stomachacio ventris con
cipitur ex diversitate carnium et
saporis delicacione Item nota quod
morbi ex nimia saturitate con
citantur Item nota quod multi impa
cienciam gule remediant vomi
tum Item nota quod crassa et ro
tunda corpora que crescendi
mensuram impleverint / nisi cito
ablacione sanguinis minuantur
incurrunt in paralisim et pessima
genera morborum / et ideo necessaria est
diminucio / ut rursum habeant
in que possunt crescere Item nota
quod non potest manere in uno statu
natura corporum / sed semper aut crescit
aut decrescit Item nota quod non
potest vivere anima i. animatus homo
nisi sit capax crescendi Item
nota quod in parte intelligitur totum
et tangit glo. Item nota quod
galienus fuit interpres ypocratis

Legumina dicitur / infirmitates pedagie
et artetice sanant ieiunia / hic
nota quod contraria contrariis sanantur
s. glo. vel

Quia dies dicitur / diebus sobrium
a carnibus est abstinendum sed con
silium est nisi ubi consuetudo quod
non comedunt tunc enim est precepta
s. glo. vel

Carnem dicitur / non licet monacho gu
stare vel comedere carnes nisi
fuerit egrotus / hic nota quod si mo
nachus comedit carnes debet per sex
menses reclusus agere penitenciam